



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Decretvm Vt omnes Regularium Superiores suos subditos,  
& Religiosos persaepe commoneant de iniuncta omnibus  
obseruantia, & executione Apostolicarum Constitutionum,  
& Decretorum ad Officium ...**

**Urban <VIII., Papst>**

**[Romae], 1645**

XXIX. Ampliatio, et declaratio prohibitionis asserendi B. Mariam Virginem  
co[n]ceptam fuisse in peccato originali.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10826**

na mensis Iulij, Pontific. Sanctiss. in  
Christo Patris, & D.N.D. Pauli diui-  
na prouidentia Papæ V. anno duodeci-  
mo, retroscriptæ litteræ Apostolicæ af-  
fixæ & publicatæ fuerūt ad valvas Ba-  
silicæ Principis Apostolorum de Urbe,  
& in acie Campi Floræ, per me Augu-  
stum Bracherium Cursorem.

Siluerius Pontirolus Mag. Curs.

X X I X.

Ampliatio, et declaratio prohibitionis  
asserendi B. MARIAM Virginem  
coceptam fuisse in peccato originali.

In generali Congregatione Sanctæ Ro-  
manæ, & Uniuersalis Inquisitionis,  
habita in Palatio Apostolico in Mon-  
te Quirinali coram S.D.N.D. Grego-  
rio diuina prouidentia Papa XV. ac  
Illustriss. & Reuerendiss. DD. S.R.E.  
Cardd. aduersus hereticā prauitatem  
Inquisitoribus generalibus à sancta  
Sede Apostolica specialiter deputatis,  
feria 3. die 24. Maij, Anno à Natiuita-  
te D.N.IESV Christi 1622.

ab. V. 1622.

Edita An. D.  
1622.

**S**anctissimus D.N. auditis votis Illu-  
strissimorum, et Reuerendissimorū  
G DD.

DD. Cardinalium contra hæreticam,,  
prauitatem Generalium Inquisitorum  
Decretum alias editū à fel.rec. Paulo V.  
eius prædecessore tenoris sequentis ,vi-  
debet.

**Paulus V.de-  
creto**

**Prohibuit in  
actibus publi-  
cis afferere  
B. Virg. con-  
ceptam suistę  
i peccato ori-  
ginali, vt in  
const. indic.  
Rub. 5533**

Sanctissimus Dominus noster post lo-  
gam , & maturam discussionem auditis  
votis Illustrissimorum , & Reuerendissi-  
morum DD. Cardinalium contra hære-  
ticam prauitatem Generalium Inquisi-  
torum , re accuratè , ac diligenter per-  
pensa, prouidè considerans, quod quam-  
uis in Constitutione fel.rec. Sixti IV. su-  
per CONCEPTIONE Beatissimæ Vir-  
ginis MARIÆ pro submouendis inter  
Christifideles scandalis, rixis, & conten-  
tionibus edita , à S. Tridentina Synodo  
innouata , & deinde in alia Constitutio-  
ne san.mem, Pij V. super eadem re, quas  
similiter Sanctitas sua innouauit cū qui-  
busdam prouisionibus , & adiectionibus  
pœnarum pro effeaciōri earum obser-  
uatione , relinquatur vnicuique libera  
facultas tenendi, & etiam afferendi vtrā-  
que partem, quod scilicet fuerit, vel non  
fuerit concepta cum peccato originali,  
& dum tamen neutra , veluti erronea ,  
aut hæretica damnetur ; nihilominus  
ex occasione assertionis affirmatiuæ in  
publicis concionibus , lectionibus , con-  
clusionibus , & actibus publicis , quod  
ea-

eadem Beatissima Virgo fuerit cum peccato originali concepta, oriuntur in populo Christiano, cum magna Dei offensa, scandala, iurgia, & dissensiones. Præterea volens huiusmodi scandalis ex debito sui muneric prouidere, decreuit, & præcepit, ac præsentis decreti virtute mandat, & præcipit omnibus, & singulis cuiusvis Ordinis, & Instituti regularibus, & alijs quibuscumque, tam Ecclesiasticis, quam sacerdotalibus personis cuiusvis conditionis, status, gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quam sacerdotalis, etiam si specialis, specifica, & individua earum esset necessario mentio facienda, ut in posterum, donec articulus huiusmodi à Sancta Sede Apostolica fuerit diffinitus, vel per Sanctitatem suam, & Sedem Apostolicam fuerit aliter ordinatum, non audeant in publicis concionibus, lectionibus, conclusiōnibus, & alijs quibuscumque actibus publicis afferere, quod eadem Beatissima Virgo fuerit concepta cum peccato originali. Contrafacentes autem eadem Sanctitas sua voluit, & declarauit subiacere debere, & subiecit censuris, & penitentis contentis in supradictis constitutiōnibus suorum prædecessorum, & sua ipso facto incurriendis: Per huiusmodi tamen prouisionem Sanctitas sua non intendit

G 2 re-

reprobare alteram opinionem, nec ci-  
lum prorsus præiudicium inferre, eam  
relinquens in eisdem statu, & terminis  
in quibus de præsenti reperitur, præter-  
quam quoad supra disposita. Ulterius  
sub eisdem censuris, & pœnis mandans,  
quòd negatiuam opinionem, videlicet  
quod non fuerit concepta cum peccato  
originali, in prædictis publicis actibus  
afferentes, aliam opinione in non impu-  
gneut, nec de ea aliquo modo agant, seu  
tractent. Insuper voluit, & expresse  
mandauit, ut extra hos casus expressos  
publicorum actuum, in reliquis omnibus  
supradictæ constitutiones firmæ, & ille-  
sæ remaneant, & exactè obseruentur pe-  
rinde, ac si præsens decretum non ema-  
nasset. Et ita decreuit, & mandauit ubi-  
que inuiolabiliter obseruari, non obsta-  
tibus in hac parte supradictis consti-  
tutionibus, & alijs omnibus in contrarium  
facientibus, &c.

Quod hic  
Pont. exten-  
dit etiam ad  
actuspriuatos

§. 2. Hoc suo præsēti decreto ex eis-  
dem causis evitañ scādala, dissensiones,  
atque discordias in Populo Christiano,  
quæ pari ratione oriri possunt, &, vt ac-  
cepit, in aliquibus Regionibus iam orta-  
sunt ex sermonibus priuatis occasione  
assertionis affirmatiuæ, extendit, & am-  
pliavit etiam ad priuata colloquia, &  
scripta. Mandans, & præcipiens omni-  
bus,

bus, & singulis supradictis, ne de cetero  
donec articulus huiusmodi à Sede Apo-  
stolica diffinitus, vel per Sanctitatem  
suam, & Sedem Apostolicam fuerit ali-  
ter ordinatum, neque etiam in sermoni-  
bus, & scriptis priuatis audeant assere-  
re, quod eadem Beatissima Virgo fuerit  
concepta cum peccato originali, nec de  
hac opinione affirmatiua aliquo modo  
agere, seu tractare, exceptis tamen qui-  
bus à sancta Sede Apostolica fuerit su-  
per hoc specialiter indultum. Per hoc  
tamen Sanctitas sua non intendit repro-  
bare hanc opinionem, nec ei ullum pror-  
sus præiudicium inferre, eam relinquēs  
in eisdem statu, & terminis, in quibus  
reperitur, præterquam quoad in supra-  
dicto fel.rec. Pauli V. & hoc suo decreto  
disposita.

§.3. Eademq. Sanctitas sua voluit, & Et i reliquis  
expresse mandauit, ut in reliquis omnibus, vbi huiusmodi decretis non aduer-  
santur, Constitutiones Sixti IV. Alexā-  
dri VI. & Pij V. ac Pauli V. eius præde-  
cessorum super Conceptione Beatissimæ  
Virginis, firmæ & illibatae remaneant, ac  
exactè obseruentur perinde, ac si huius-  
modi decretum non emanasset.

§.4. Et insuper eadem Sanctitas sua, cum Sancta Romana Ecclesia de Beatiss. Virginis Conceptione Festum solemniter,

*Et i reliquis  
setuandas es-  
se aliorū  
Pont. consti-  
tutiones.*

*Et in diuinis  
Officijs cele-  
bran. nō alio  
quam Cōce-*

ptionis nomi  
ter , & Officium celebret , omnibus ; &  
ac vti debere singulis personis Ecclesiasticis , tam sæ-  
cularibus , quam cuiusvis Ordinis , et In-  
stituti regularibus mandat , ac præcipit  
vt in sacrosancto Missæ sacrificio , ac di-  
uino officio celebrandis , tam publice ,  
quam priuatim , non alio , quam Conce-  
ptionis nomine vti debeat . Contraue-  
nientes autem Sanctitas sua voluit , et  
declarauit subiacere debere , et subiecit  
censuris , et pœnis contentis in supradictis  
constitutionibus , ac præfato decreto  
suorum prædecessorum ipso facto in-  
curren . Et ita decreuit , & mandauit ubi-  
que inuiolabiliter obseruari .

Cōrrarijs de-  
rogat .

§.5. Non obstantibus in hac parte  
constitutionibus suprascriptis , decreto  
præfato Pauli V. consuetudinibus etiam  
immemorabilibus , necnon omnibus , et  
singulis , quæ prædecessores prædicti vo-  
luerunt non obstat , ac alijs quibuscum-  
que in contrarium facientibus .

Executores  
deputati con-  
tra omnes .

§.6. Volens , et decernens pro obser-  
uatione , et executione præsentis decre-  
ti , et omnium in eo contentorum , quod  
contra huiusmodi transgressores etiam  
regulares , cuiusvis Ordinis , et Instituti ,  
etiam quomodolibet exemptos , et alias  
quascunque Ecclesiasticas , et sacerdtales  
personas cuiuscunque status , condicio-  
nis , gradus , ordinis , aut dignitatis , tam

Ec-

Ecclesiasticæ, quam sacerdotalis, tam Episcopi, et Prælati Superiores, alijq. Ordinarij locorum, quam hæreticæ prauitatis vbiue locorum deputati Inquisitores procedant, et in eos seuerè animaduertant, tribuens eis, et eorum cuilibet liberam facultatem, et auctoritatem cōtra eosdem transgressores procedendi, ac pœnis coercendi, et puniendi.

§.7. Voluit demūm, ne præmissorum ignorantia à quoquam prætendi possit, quod præsens decretum, seu illius exempla ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, et in acie Campi Floræ affixa, omnes ita ardent, et afficiant, perinde, ac si vnicuique personaliter intimata fuissent; quòdq. præsentium transumptis etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, et sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica cōstitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibetur, qua præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensa.

Publicationē  
in Vrbe decēr  
nit, omnes li-  
gare debēre.

*Andreas de Pettinis S.R. & uni-  
uers. Inquis. Not.*

Anno d Natiuitate D.N. IESV Christi millesimo sexcentesimo vigesimo secundo, Indict. 5. die vero secunda mensis Junij, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Gregorij divina

Publicatio in  
Vrbe. P. an. 2.  
die 2. Junij  
1622.

G 4 pro-

prouidentia Papæ XV. anno eius secunda, supradictum decretum affixum & publicatū fuit ad valvas basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ, ut moris est, per me Brandimartem Latinum S.D.N. Papæ Cursorem.

Octavius Spada Mag.Curs.

X X V I I.

Reuocatio quarumcunque cōcessionum viuæ vocis oraculo factarum, exceptis oraculis factis S. R. E. Cardinalibus, et eorum manu firmatis.

GREGORIUS P A P A X V.  
*Ad perpetuam rei memoriam.*

Exordium.

**R**omanus Pontifex in specula militantis Ecclesiæ diuina prouidentia constitutus, gratias, et indulta à se, et predecessoribus suis concessa, iustis interdum suadentibus causis, iuxta creditum sibi Pastoralis officij debitum moderatur, aut reuocat, prout, rerum, et temporum qualitatibus debitè pensatis, cōspicit in Domino salubriter expedire.

**I. I.** Itaque Motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris,

Reuocatio de  
qua in Rub.